

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

autem (ut assueui) uitam in exilio agere: quod totiens in eisdem fluctibus ac perturbationes reuolui. Spero tamen ea sapientia ac moderatione patres conscriptos esse: ut nihil decretum sit ab his quod non uelint constanter & bene tueri. Sed magis securo animo ero: si prius a te omnia explorata esse intellexero. Vale

Nulla res est quam te perturbare debeat: si eo tempore de pace agitur quo maxime de uictoria tue partis omnia permittere & sperare uideberis. Maiorem crede mihi modestia tua laudem referres: quam tulisses gloriam ex uictoria. habet (non nego) quod magnificum & admirabile in oculis hominum fama bellorum multaque sepe numero ipsa disciplina militaris magna reipublice adiumentum in generauit que nisi suscipiamus & singulari quadam laude predicemus: certe uel iuidi uel insueti rerum maiorum uidebimur. Sed caue quicquam ex his que reposita sunt magis in fortuna quam in uirtute posita tu uel mihi compares. Nullius enim imperatoris aut ducis maximorum exercituum laus & gloria tanta fuit quin illa et ceteris communis esset & his qui manu fortiter cum hoste conflictassent. Modestie uero humanitatis clementie & ceterarum uirtutum neminem his habet socium uel participem: qui illis recte utitur. Quare tibi persuadeo nullam ex tuis laudibus maiorem: quam si publicis commodis inseruires & paci studebis que si recta sit: omni bello melior sepe fuit. Vale.

Non ignoro de pace semper auide audiendum esse: etiam si muros (ut dicitur) aries percussit. sed illam non arbitror pacem esse dicendam: que plus habitura sit insidiarum quam beniuolentie scio a te omnia bono animo dici: sed (plus puto) non satis attendis que causa ad pacem hostes meos impulerit. Cum enim se destitutos omni presidio uiderent & iam omnia desperata: cogitauerunt qua ratione possent aliquod spacium respirationi dare non ut sibi perpetuum esset quiescendum: sed ut acrius bellum possent